

The Electronic Manipulus florum

www.manipulusflorum.com

Verbum d cum fonte primo

Quisquis uerbo Christi pascitur,
terrenum pabulum non requirit; nec enim
potest panem seculi cupere qui pane
reficitur saluatoris.

Quisque ergo uerbo Christi pascitur
terrenum pabulum non requirit; nec enim
potest saeculi panem cupere, qui pane
reficitur Salvatoris.

Ambrosius Mediolanensis(?), *Sermones
sancto Ambrosio hactenus ascripti*, 27, 4
(PL 17, col.661B-C).

Negligit famem corporis qui
pabulo lectionis intendit, nec uentris
curam habere poterit qui alimentum
uerbi celestis acquirit. Ipsa est omnium
refectio que saginat animam, que
impinguat uiscera, cum de diuinis
scripturis cibum eloquii perhennis
accipimus.

Negligit enim famem corporis, qui
pabulo lectionis intendit: nec ventris
curam habere poterit, qui alimentum
uerbi coelestis acquirit. Ipsa est enim
refectio, quae saginat animam, quae
impinguat viscera; cum de diuinis
Scripturis cibum eloquii perennis
accipimus.

Ambrosius in sermone de XL.

Ambrosius Mediolanensis(?), *Sermones
sancto Ambrosio hactenus ascripti*, 27, 6
(PL 17, col.662A).

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Verbum d
cum fonte primo